DISSERTATIO MEDICA

DE

PNEUMONIA.

QUAM, divinâ aſpirante gratiâ, in auguſtiſſimo Ludovicæo Medico Monſpelienſi, publicis ſubjicit diſputationibus,

AUCTOR,

LEONARDUS RUAUD, è loco Plazac, in nova Partitione dicta *Département de la Dordogne*, olim apud aquitanos, liberalium artium magiſter, almæ facultatis Toloſanæ ſaluberrimæque Univerſitatis Monſpelienſis jam-dudum alumnus.

Pro Baccalaureatûs gradu conſequendo.

Morbi laterales graviſſimi ſunt. HIPP. coac. 382.

MONSPELII;
Ex Typis JOSEPHI-FRANCISCI TOURNEL & JOANNIS-GERMANI TOURNEL Univerſitatis Medicinæ Typographorum & Bibliopolarum.

1791.

55151

ARGUMENTABUNTUR

ILLUSTRISSIMI PROFESSORES REGII

D. PAULUS-JOSEPHUS BARTHEZ, *in ſacro Conſiſtorio Conſiliarius, Univerſitatis Cancellarius.*

D. GASPARDUS-JOANNES RENÉ, *Decanus.*

D. ANTONIUS GOUAN, *Pro-Decanus.*

D. FRANCISCUS BROUSSONET.

D. FRANCISCUS VIGAROUS.

D. HENRICUS-LUDOVICUS BRUN.

D. HENRICUS FOUQUET.

D. JOANNES-BAPTISTA-TIMOTHEUS BAUMES.

AU MEILLEUR
DES PÈRES,
A LA PLUS TENDRE
DES MÈRES.

MES CHERS PARENS,

Lorſque le préjugé tenoit dans ſes ombres la vérité enſevelie, j'aurois peut-être, pour donner plus d'éclat à l'eſſai de mes travaux, dédié ma Thèſe à un de ces grands jadis deſpotiques; mais maintenant qu'il n'eſt plus d'adulateurs timides qui briguent leur protection dédaigneuſe; maintenant que le flambeau de la philoſophie a démaſqué l'erreur; maintenant que la juſtice a proſcrit la hauteur, la folle arrogance & le vain orgueil; maintenant que tout étincelle des rayons éclatans & flamboyans de la liberté, don ſi cher de la nature & ſi précieux à mon cœur; maintenant, *Grand-Dieu*, que tout eſt ce qu'il doit être; je reſterois ſeul dans le tombeau de l'ignorance & de la foibleſſe? Seul, je reſterois dans les célulles de la turpitude? Je ſerois le ſeul à méconnoître mes droits? Non, non, plutôt la M...... mes yeux, mes chers parens, ſont ouverts à la lumière: & ma raiſon qui reconnoît l'étendue de mes devoirs & de mes obli-

gations m'ordonne de vous offrir les prémices de mes études en médecine : & à quel autre, en effet, pourrois-je le faire ? N'eſt-ce pas à vous à qui j'en dois l'entrepriſe ? Vous, qui m'avez toujours conduit comme par la main ; vous, qui quoique chargé de douze enfans, n'avez jamais rien épargné pour mon éducation ; qu'il m'eſt doux, hélas ! de l'avouer à tout l'univers ; & de dire que

> Le temps qui détruit tout ne détruira jamais
> L'immortel ſouvenir de vos rares bienfaits.

Daignez-donc en reconnoiſſance, recevoir l'hommage public de cette Diſſertation, non-ſeulement comme le témoignage de la plus parfaite reconnoiſſance & de la tendreſſe filiale la plus ſincère, mais encore comme l'expreſſion des ſentimens les plus reſpectueux avec leſquels je ſerai toute ma vie,

M. C. P. & M.

Le plus tendre & le plus ſoumis
des fils,
L. RUAUD.

DISSERTATIO MEDICA

DE PNEUMONIA.

NULLÆ frequentiùs, nullæ inſidioſiùs quam quæ pectus obſeſſum tenent, occurunt inflammationes ; præſertim etiam in mea regione in quâ enim continuas & lethales vitæ hominum ruſticorum & duro fractorum labore, inſidias ſtruunt. Haſ-ce hodiè, ut, à veſtris dilucidationibus, obſervationibus, theoriiſque eductus, utilior ſim, deſcribere mihi placuit ; ô bis quaterque felix ! ſi expoſita mea rectè & benè à vobis aſpiciuntur : ſed ſi aliter evenit ; errores meos emendetis, primumque juvenilis mei calamī conamen indulgentèr paternoque animo accipiatis, obrogo.

Plures ſunt pectoris inflammationum ſpecies pulmones & plevram circumſcribentium : aliæ ſpectant diaphragma, quæ à *Boërhaavio* ſub nomine paraphrenitidis & rectiùs à D. *Sagar* diaphragmatis ; aliæ cor : quæ ſub nomine carditis à *Culleno* agnoſcuntur ; pleuritidis in dorſo etiam obſervationem indicat *Hippocrates* (in lib. III de morbis) aliæ ſunt etiam de quibus nunc mens agendi non eſt. De plevræ & pulmonum, ut-pote frequentiori, tantùm locuturi ſumus inflammatione. 1°. Quidem de peripneumoniâ ; 2°. de pleuritide.

Illi enim morbi tantam inter ſe affinitatem, ut diù multùmque diſputatum fuerit de inſtituenda cujuſlibet ſede. Etenim ab iiſdem cauſis producuntur; in utroque morbo tuſſis, rubor, dyſpnœa, denique eadem adſunt ſymptomata. Nonnulli tamen, cum *Hippocrates*, *Rivière*, *Lieutaud*, *Selle*, multiſque aliis medicis illos duos affectus, diverſam ſedem habere, ita-ut alter, illeſo altero, ab inflammatione poteſt affici, confirmant. Sed plurimi & præcipuè neoterici de re medicâ optimè meriti, in quorum numero ſtant : *Sydenham*, *Hoffmann*, *Tiſſot*, *Grimaud*, *Cullen*, *Boſquillon*, *&c.* obſervationibus innexi alteram opinionem, id eſt, plevram & pulmones ſimul & enim ſemper inflammari, contendunt.

Quænam igitur, tot & tantorum artis ſanaudi antiſtitium accipienda eſt opinio ? Dicere non audeo..... Attamen timidiſſimè fateor, trepidiſſimâquè manu ſcribo pulmones cum plevrâ & vice versâ, ferè ſemper aut ſympathicè vel ſecundariò, aut idiopaticè vel primariò, inflammatione laborare. Quod enim crediſſe *Huxam* mihi videtur, cum de plevrâ loquens dixit. « Toutes les » fois donc qu'une partie de cette membrane eſt enflammée, il ſurvient une » eſpèce de pleuréſie qui affecte les poumons par continuité, contiguité, cohé» ſion ou ſympathie. » (Eſſ. ſur les diff. eſp. de fièv. trad. par *Eidoux*, &c.)

Coram multis ſpectatoribus egomet, in noſocomio Toloſano & Monſpelienſi, plurima cadavera quorum & pulmo & plevra nobis affecta viſa ſemper fuere, diſſecui. Ergo ex allatis plurimorum auctorum meâque experientiâ concludendum eſt : haud rariſſimè pulmones cum plevrâ lædi ; unde nomen pleuro peripneumoniæ, ſeu peripneumo-pleuritidis dari huic morbo exiſtimamus. Sed tamen de utroque, talis eſt inter medicos conſuetudo, ſeparatim diſcutiemus. Certum quidem eſt, ſolam plevram & pulmones non eſſe ſemper pleuritidis ſedem ; quibus & muſculos intercoſtales & ipsa adipoſa membrana, &c. adjungit *Galenus*, de quibus localitèr agemus.

PERIPNEUMONIÆ DESCRIPTIO.

Eſt igitur peripneumonia inflammatio pulmonum, cum febre acuta, ſpirandi difficultate, ſuffocationis periculo, ita-ut erecti ſedere cogantur ægri. Spiritus adeſt frequens ; ſenſus tam gravitatis quàm ſtricturæ circa præcordia urget : dolent claviculæ, mammæ, &c. &c. Tuſſis frequens : ſputatio modò mucoſa, modò ſtriis ſanguineis irrorata. . . . . Tres diſtinguntur peripnemoniæ ; ſcilicet *vera* à ſanguine, à pituitâ *nota*, *bilioſa* denique à colluvie & acritate bilis, productæ. Primaquidem ſævire apud juvenes plethoricos, ut refert *Huxam*, præcipuè ſolet. « Cette maladie » (inquit ille ſolertèr) qui naît d'une inflammation violente des poumons, » en conſéquence d'un ſang épais & gluant qui obſtrue pluſieurs des » artères poumoniques & bronchiales, diffère entièrement de l'obſtruction » des poumons, qui eſt cauſée par une matière viſqueuſe & pituiteuſe.... » (illa â *Sydenhamo* nota vocatur).... « Elle attaque les perſonnes fortes, » vigoureuſes, jeunes & actives. » Secunda verò optimè ab illuſt. ſagac. practicis, *Willis*, *Ferrein*, *Sydenham*, *&c.* deſcripta fuit. (quorum v. opera) Sed tamen notandum venit, paulò habitiores & craſſos aggredi. Tertiam denique, morbum illum in quo enim cruſtam ſanguinis phlogiſticam videre, veteres appellaverunt. Aſt verò *Stollius*, *Tiſſot*, in illa affectione mihi videntur præ aliis conſulendi. . . . . Dolor, occiput, frontem non rarò, totum etiam caput, atrociter affligit : ſubinde adeſt faciei rubor, ſed plerumque cum virore pallidus, lingua amara, flavæ dejectiones nec - non oculi : hypocondria dolent : & ſpontè orta eſt diarrhæa. Annumerantur aliæ diviſiones ſcilicet in particulárem & univerſalem, in eryſipelatodeam & phlegmodoneam, de quibus enim habendum eſſe magnum ſilentium, credimus.

PLEURITIDIS DESCRIPTIO.

Pleuritis dicitur adeſſe, quando æger laborat acutâ continuâque febre, cum pulſu duro, dolore acutiſſimo, punctorio, in ſpiratu validè aucto ; tuſſis dolorem magnum infert, ſputum citiùs aut tardiùs ſubſequitur & aliquandò ſanguineum, &c. Quatuor cognitæ fuere ab *Hippocrate*, ſcilicet pituitoſa ; bilioſa, cruenta & ſicca. Plures aliæ patiuntur diviſiones & ſub - diviſiones, illi duo morbi, id eſt, pleuritis & peripneumonia ; quos deinceps pleuro-peripneumoniam vocabimus.

Pleuro-peripneumonia ergò in veram & ſpuriam diſtinguitur, vera dicitur ſi (ex *Van-Swieto*) ipſa plevra vel partes hinc proximæ inflammatæ ſint; illa quidem à diatheſi ſanguineâ phlogiſticâ pendet : ſpuria verò, ſi ſuperiores his partes & integumentis externis laborant. In catharalem & bilioſam dividitur etiam à *Stollio*.

Pleuro-peripneumonia nullo non tempore potiſſimum frequentior, juſta *Sydenham* obſervationem vero anno inter ver & æſtatem ambigente; in climatibus præcipuè frigidis & per hiemem, ait *Cullenus*; in patria præſertim ruit iſte furens morbus, in fine autumnali, in hieme & veris exordio, propter, ut opinor, efferventiam ſanguinis à prægreſſæ æſtatis calore, aut propter viciſſitudines aëris frequentiſſimas.

Ex non nullis auctoribus, in pleuritide dolor major eſt, minoraque ſputa : unde maxima anxietas; dolor ambulans & magis circumſcriptus pluſque gravativus. In peripneumoniâ vero ſæpè-ſæpiùs magis obtuſus, tuſſis non ſicca ſed humida : « on y obſerve (ait *Selle*) des ſymptômes de » la pleurèſie. mais cependant ils ſont dans un moindre degré, le pouls » eſt dur & plein, la langue n'eſt point brune, les anxiétés ne ſont pas » auſſi violentes » (trad. par *Coray*). Sed illam differentiam minimè credas? Quidni? Et enim qui hâc opinione ebriî pleuritidem exiſtere crediderunt, aperto cadavere, errari agnoſcerunt.

DE CAUSIS.

Cauſas inflammationis prædiſponentes, cum meo ill. & car. magiſtro *Gardeil*, prof. Toloſano, primo ſtatum morboſum ſanguinis peculiarem, quo diſponitur ad hærentiam in vaſorum extremitatibus; quod negari ſaltem non poteſt, niſi inflammatio proveniat à cauſa externa celeriter agente, admittimus. Status ille, valdè diſcrepans à mera ſpiſſitudine per deffectum aquæ laticis non inconcinnè *lentor phlogiſticus* à recentioribus appellatur; conſiſtere ſupponitur, in exceſſu partis fibroſæ, vel ſtrictiori partis hujuſcè fibroſæ nexu cum parte rubrâ, muci glutinoſi ac tenacis interventu; quo fit ut ad concreſcendum pronius ſit ſanguinis craſſamentum, & minus facilè in teniores partes dividatur pars rubra, id eſt, *cruor*. Inflammatio etiam, talis eſt mihi opinio, augmento circulationis ſtimulis quibuſdam excitato, excitâtâque vaſorùm ingurgitatione & fluidorum deviatione, proſtratis etiam ſolidorum viribus plethorâque ingruente, produci poteſt.

Pleuro-peripneumonia fieri ſæpè-ſæpiùs vento frigido humido & niveo, &c. Valida exercitatione, perſpiratione ſuppreſſa, potu frigido (1) præſertim cum ſudat corpus, ſolet. Adultos hinc potius invadit, juxta *Hippocratem* (v. commentaria & aph. 30. ſec. 3.) teſtatur enim *Aurelianus* maribus

---

(1) Cette maladie eſt ſouvent produite par la boiſſon froide quand on à chaud; & alors elle eſt quelquefois ſi violente, qu'on l'a vue tuer le malade en trois heures. Un jeune-homme mourut au pied de la fontaine même oû il s'étoit déſaltéré. Il n'eſt pas rare que ces pleuréſies tuent en trois jours. *Avis au peuple par Tiſſot*,

qui potui ſpirituoſo plus juſtò per vitam ſunt aſſueti, hunc morbum frequentiorem etiamque, quam feminis, illæ pejus afficiuntur, ut obſervavit *Trillerus.* Aliæ ſunt cauſæ quæ à clariſſimo *Culleno* remotæ vocantur. Illæ enim ſunt quæ obſtruunt, comprimant, &c. Reſpirationis organa. Pleuro-peripneumoniam præcipuè determinant coſtæ anguſtiores, morbi præcedentes, hæmorrhoïdum, hæmorrhagiarumque ſuppreſſiones, ictus, denique, ut opinor, iu pectus, &c.

DE DIAGNOSI.

De variis ſymptomatibus diagnoſticis habenda eſt diagnoſis, 1°. dicitur humida & ſicca perip. cum ex *Hippocrate*, *Galeno*, *Celſo*, *Trillero*, *Gaubioque* ab initio per tuſſim ſputa ex pulmone frequentiſſima, copioſaque eduntur. Et vice verſâ, ſicca: cum inanis eſt tuſſis; 2°. de verâ & ſpuriâ agam. In hac opinione ſto, cum ill. *Home*, prout afficiuntur membrana thoracis interna ſimùl & ſubſtantiæ pulmonales, adeſſe veram: ſpuriam è contrariò, ſi externas tantùm partes occupet inflammatio, quod ex dictis ægrorum agnoſcitur. Diſtinguitur etiam pleuro-peripneumonia in idiopathicam & ſymptomaticam. Omnis enim morbus qui, ex priori ſpecie in perip. degenerat & tranſit fieri ſymp. dicitur: idiopathica vero, modo ut, ibi cauſa, ibi effectus.

DE PROGNOSI.

Semper enim reſolutio vel ſcirrhus, abſceſſus vel gangræna obtinetur. Si fluida hærentia, iterum fluida & repetant vias circulationis, quod enim ordinario evenit quartâ die & hoc felicius, reſolutio eſt. Induratio aut ſcirrhus, ſi, diſſipatâ parte tenuiori reſiduum craſſius coeat & induretur: ſuppuratio, ſi humores hærentes, concurrente putrefactionis actione, in fluidum album quod modò abſeſſum modò empyema efformat, reſolvantur. Gangræna denique ſi fluida hærentia putreſcant & pereat in vaſis motus. Quibus dictis, quantùm lethale & fureus eſt morbus iſte? Quod enim recenſent omnes auctores & præcipuè *Hippocrates: morbi laterales graviſſimi ſunt; metuendi quoque ſunt in quibus dolores ad ſuperiora tendunt.* (*coac* 381.)

Sequentia ſymptomata penè ſemper mortalia: rigor, exantemata rubra, convulſio: *à peripneumoniâ phrenitis malum* (aph. *Hipp.*). Ceſſatio in apertè & ſubitò dolorum: pedes manuſque frigidi, quod pro certo habuit magiſter magiſtrorum, cum dixit. *In acutis extremorum refrigeratio, malum* (aph. 1. ſect. 7.). Si ſputum, dyſpnœâ manente, gravitate pectoris auctâ, ſupprimitur, ſuppreſſioque ſi contingat quinto die, mors inſtat die critica proximè ſequente. Denique ab omnibus damnari ſolent, urinæ nigræ cruentæque quia propenſionem ad gangrænam indicant, etiamque ſputa ſpongioſa quod confirmat prædictiones *Baglivii* & *Hippocratis: qui ſputunt*, ait ille, *ſanguinem nigrum proroſum, ad inſtar ſpongiæ, iis pars aliqua ſphacelo correpta eſt in pulmone & omnes pereunt.* Notandum denique eſt, quod in initio morbi quandoque ſit fluxus alvi ſymptomaticus, noxius eſt & ſæpè periculoſus. Adeo multum boni ſperandum eſt, ſi ſputa ſymptomatica minuant, ſi materia morbi locum mutat & pedes vel alias partes invadit.

» Lorſque

« Lorſque la douleur (inquit *Selle* trad. par *Coray*) ſe porte du côté au » cou & aux épaules, c'eſt communément un bon ſigne, & qui annonce » une terminaiſon prochaine. » A cruſtâ phlogiſticâ ſanguinis nullam indicationem deſumendam putat, D. clar. *Baumes*, hujuſce Prof. univerſitatis. Re verâ enim minimè valet indicatio ſi in pluribus aliis morbis obſervetur, ſi etiam aliundè quandoque accidentalem probavere plurimi auctores, quod reſpondens probabo.

DE THERAPEIA.

Curatio hujuſce morbi quamplurimum incohenda eſt à venæ-ſectione. Inter medicos an in perip. vena ſecari debeat in brachio affecti lateris, an verò in oppoſito multum fuit diſputatum. Utraque opinio multis auctoribus ſtabiliebatur. *Hippocrates*, *Galenus*, *Celſus* militant potiùs pro brachio lateris affecti, *Aretæus*, *Aëtius* in oppoſito latere venæ-ſectionem inſtituendam ſuaſerunt. Sed applicatio ſanguinis miſſionis à *Culleno* rectiſſime mihi videtur, quam ut opinionem meam refferam. « On tire un grand avantage en la » faiſant du côté de la partie affectée ; néanmoins on peut la faire à un » des deux bras, ſuivant qu'il ſera plus commode pour le malade ou pour » le chirurgien ; la quantité du ſang doit être proportionnée à la violence » de la maladie, à la force du malade, & en général auſſi copieuſement » que les forces le permettent. » Ter quaterque & magis ex acuto dolore, inſpirationis difficultate, denique ex ſymptomatorum gravitate inſtituenda eſt ſanguinis miſſio, celebrandaque præcipuè initio morbi & circà primos tres dies, quia enim perſæpè, neglectâ, lethalis peripneumonia (1). Si tamen omiſsâ & ſub ſua cruditate perſeveret morbus ; illa tamen omni ſtadio morbi celebraretur. Quintâ, ſextâ, ſeptimâ, octavâ die cum ſucceſſu ab *Hippocrate*, *Hildamo*, *Trillero*, *&c.* celebratam videmus.

Docuerunt fideles obſervationes, nec in tenella ætate, nec in ſenio, nec in mulieribus, licet menſtrua fuerint, ſi reſpiratio tamen impedita erat, hâc abſtinui neceſſe. Exempla refert *Van-Swieten*, egomet etiam vidi. Pariter & puerperis pleuritide correptis, licet lochia fluerent, ſanguinis miſſio profluit, quod D. *Lamotte*, obſervationibus ſuis confirmat. Sunt paululæ tamen exceptiones quæ venæ-ſectionem improbant. Obſervavit illuſtriſſimus *Huxam*, ſub fine anni 1745, petipneumoniam epidemicam

---

(1) Je vis, il y a ſept ans, une perſonne (*M. Larizonne*) qui, un ſoir, â ſon arrivée de la pêche, reſſentit des friſſons avec anxiétè, mal-aiſe & peſanteur par-tout le corps : il ſurvint des nauſées qui furent ſuivies d'un petit vommiſſement. A ces ſymptômes étoient joints une toux sèche, une figure rouge avec point de côté, enfin tous les ſymptômes concomitans & pathognomoniques d'une pleuro-péripneumonie. On appelle le chirurgien, qui porte ſon ignorante & trop fatale aſſertion, & juge qu'il n'y a aucun danger, parce que, dit-il, le malade ne crache pas de ſang. Il ne veut, ou pour mieux dire, il ne ſait donner aucun remède, & le malade expire dans l'eſpace de vingt-quatre heures. . . . . *O memorabile exemplum ignorantiæ !*

inqua poſt ſanguinis miſſionem vires debilitabantur, ægri in febre nervoſâ jacebant, ſuperveniebat denique diarrhæa atrabilioſa & mors. (Vid. obſ. de aëre) apud *Lanciſum*, *Baglivium*, *Sydenham*, *Grant* & *Baumes* plurima alia leguntur exempla. Cum temperamentum ægri debile ſtebileque, cum etiam cordis robur & ſanguinis vigor neceſſaria ſunt ad materiam peccantem rejiciendam, tunc vero moderata ſolummodò ſanguinis detractio, ſed etiam minimè exhibenda.

Utrum meliùs ſit purgare in perip. quam emeticum dare ?

Præſtantiam emeticorum præ ſolis purgationibus, clariſſimus *Dupraval*, in præclarâ diſſertatione *de vomitorium uſu in peripneumoniâ*, *dilucidavit. Antequam faceſſant ægri vires*, ait ille, *nequidem expectato morbi decremento cathartica*, *cathartico-emetica & ipſa emetica cito & tuto exhibeamus ;* quod enim illuſt. practicus *Stoll* ſemper obſervavit, & enim per legendo librum (ratio medendi, liber primus) utiliorem quam purgantium uſum feciſſe, vidi. Sic enim allocatus eſt : *tutius dari emeticum poteſt quam purgans. . . . pro vomitu concitando uti ſumus ſolutione tartari emetici. . . . . grana quatuor in librâ aquæ ſolvimus*, *cujus partem quartam ſingulo horæ quadrante vomituri potabant.* Et enim prærogativâ præ quovis alio gaudet hoc medicamentum. Si ſaburra adeſt, refert *Nobleville*, ſtatim dandum eſt emeticum. multiplici neoterici medici, experientiâ experti hanc praxim, præſertim in hujuſce urbis noſocomio dicto *Saint-Eloi*, quamvis nonnulli, in exquiſitis pectoris inflammationibus, irritamento commotione creſcente, purgationem noxiam conclamant, feliciſſime adhibent. Si contra eam experientiam argumentare voluerit aliquis ; reſponderim viderunt : vidi egomet : legi etiam in ſanctis ſymbolis hippocraticis ; & tu etiam legas. *Dolores ſupra ſeptum tranſverſum*, *purgationes ſurſum*, *qui vero infra*, *deorſum requirunt.* (aph. 18. ſect. 4.).

Quidni enim naturam imitaremus ? In exordio perip. haud non raro emeſis tuto movetur. Damnanda ergò praxis eſt quæ adeo mollem medicinam facit ut nunquam emeticum ut-ut indicatum, ſed refrigerantia, dulcia, diluantia, utiliſſima tamen, propinare audet. Hæc enim obſervatio eſt antiquiſſima, *Hippocratis* enim in lib. 4. de morbis teſtatur. A naturâ ipsâ edoctus, in principio emetico quam purgante, vacuavit D. *Ferrein.* « il » faut examiner s'il y a ſaburre..... On ne doit pas balancer à donner » l'émétique ; on croiroit d'abord qu'il devroit produire de grands ravages, » mais l'expérience prouve le contraire. »

Tandem dicenda adhuc reſtant aliqua de purgantibus. Multæ obſervationes memoriæ medicorum mandatæ fuerunt, quæ enim docent, in peripneumonicis affectionibus inflammatoriis, cum adeſſent ſymptomata ſumma & graviora & enim in principio morbi, alvi fluxus purgatione nocere. *Diarrhœa*, inquit *Trillerus*, *ab initio morbi ſuperveniens periculoſa admodum & plerùmque non tamen ſemper lethifera. A pleuritide aut perip. detento alvi profluvium*, inquit in aph. *Hipp. malum.* Hoc enim tamen ſemper non accidit. *Sydenham*, *Cullen*, *Floyer* purgantia cum *ſucceſſu* adhibuere ; præ-

ſertim hæ convenire mihi videntur in peripneumoniâ notâ : ſi quando-quidem rejicienda ſunt purgantia, nunquam laxantia. Utile enim eſt, ſemel aut bis quotidie alvum deponere; hâcque methodo remiſſionem faciliùs recipit morbus; denique, ſi mihi licet Profeſſ. illuſt. ſequentem aphoriſmum, proponam.

Pleuro-peripneumoniæ in exordio emetica, in fine verò purgantia.

DE DIATETICA.

In omni febre inflammatoria à carnibus earumque juſculo, maximè vero à liquoribus ſpirituoſis, à potu frigido, à cibo quovis difficilè digerando, inhibendus eſt æger. In peripneumonia verò omnia antiphlogiſtica maximè conveniunt. Convenit enim ptiſana ex hordeo, melle admitto : omnia refrigerantia, attenuantia, emulſiones nitroſæ, acidæ, quæque denique orgaſmum mittigant ſanguinis præſcribi poſſunt : avenæ cum oxymelle, aurantium malorumque decoctiones. « On doit donner abondamment (ait » *Cullen*) mais en petite quantité à chaque fois, des boiſſons adouciſſantes » & délayantes, légèrement tièdes ou au moins jamais chaudes. » Periculoſi errores commutuntur in hoc morbo, cum ignari medici remediis frigidiſſimis curari poſſe putant. Obſervat enim *Sydenham* alias febres in peripneumoniam mutari dùm in initio remediis tentabantur curare frigidis. (V. op. om.)

Intereà ſi, omnibus hiſce adhibitis, materia tenax, immobilis : ſi ſputa rejici nequeant, vires langueſcant, pulmoneſque graventur; tunc igitur attenuantia, moventia, ſtimulantia, diureticaque veniunt adhibenda : & occurrunt oxymellis ſcilliticus, kermes mineralis, nitroſa diſſolutio, tartarus denique emeticus, fractâ doſi, ut nec vomitum nec alvum nequeat, ut ait *Stoll.*

Applicatio remediorum externa ad locum dolentem, in curatione pleuro-perip. methodus omnium antiquiſſimus videtur. Fommentis & ſacculis calidis lateri applicatis curam pleuritidis aggrediebantur *Hippocrates*, *Galenus*, *Tralianus*, *Fontanonus*, *&c.* Sed parvi prodeſt hæc applicatio quia ſi, ſero hæc medela tentatur, in ſuppurationem vergit morbus & periculoſum empyema ſæpè evenit : attamen omninò non rejicienda eſt & enim perſæpè dolorem laxat & mittigat; & præſertim, ex *Huxam* in ſpuriâ peripneumoniâ.

DE VESICANTIBUS ET DE CORTICE PERUVIANO.

Stimulantium externorum, veſicantium, v. g. è cantharidibus, multiplex effectus in inflammatione pectoris repetendus eſt. *Baglivius* illa tanquam ſummum remedium, quocumque morbi tempore, ſi ſpirandi difficultas ſupervenerit, laudavit. Attamen concludendum mihi videtur quod irritantium, calefacientium uſus minimè tutus ſit, ubi valida febris, calor magnus : nec ante miſſionem ſanguinis. Obſervavit celeberrimus *Trillerus* diarrhæas epidemicas, quæ periculoſæ in peripneumoniâ habentur, duobus appli-

catis veſicantibus, penitus ceſſaſſe. Plura ſunt hujuſce-modi exempla apud *Grant* legenda. Illud tamen generaliter pronuntiari poteſt : ubi poſt ſanguinis miſſionem, vires debilitant, ſecretiones, excretioneſque, ob lentorem circulationis, languent, ſuppreſſio ſputorum ſupervenit, urinæ parvæ ſunt, congeſtiones verſus caput obſerventur, natura denique inſufficiens eſt, humoribus morbificis è corpore debellendis, tunc, inquam, à veſicatoriis ſuper dolentem vel etiam aliam partem applicatis, multum boni poteſt expectari. Illa enim ex irritatione niſum ſolidorum ac fluidorum ad alias partes determinant, vel, ut loquitur feliciſſimus practicus prof. *Brouſſonnet*, derivant ; ſpaſmum reſolvent, &c.

Vero ſi exacerbationes hunc morbum comitantur, iis cortex peruvianus præſcribi poterit ; ſed attentè obſervandum utrùm natura cauſam morbi ſudoribus expellere conetur ; tunc minimè exhiberi debet kina-kina ; ſed juvandus eſt ſudor. Jàm vero ſi peripneumonia cum malignitate complicatur tunc, ut obſervârunt, illuſt. Profeſſ. *Lazerme*, *Barthez* ſalutaris eſt cortex peruvianus. Plurimi ſunt alii auctores qui ſic in hoc morbo praxim fecerunt. Inter quos, præ cæteris, citari debent *Grant* (recher. ſur les fièvres, liv. II.) & illuſtriſſimus & cariſſimus omnibus diſcipulis Profeſſ. *Baumes*, in libro quem ego, ut pyxidem Nautici, habeo. (mém. ſur le kin. de la ſoc. roy.) Curationem lectori utiliſſimam pleuro-peripneumoniæ (§. XIII) deſcriptæ referam. « Quoique le poumon, aït D. *Baumes*, fût » l'organe qui ſouffroit le plus des effets de la maladie, la ſaignée devoit » être bornée. . . . Ceux qui ne virent dans les accidens péripneumoniques, » qu'un prétexte de prodiguer le ſang, furent très-malheureux dans le » traitement de l'épidémie. . . . . Dans l'adminiſtration du quinquina, les » malades étoient diviſés en trois claſſes. . . . . chez tous le kina, favoriſé » par l'action des pectoraux, &c. . . . . produiſoit des effets heureux. » (LXXII.).

Eodem ordine, eâdem cautelâ, ſi vires vitæ ſuccumbere videntur, radices, v. g. ſerpentariæ virginianæ, controyervæ, camphoraque, &c. remedia in pleuro-peripneumoniâ ſunt præſcribenda.

DIXI.